



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvator Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

9. de iis quæ conueniunt naturæ humanæ, ratione naturæ diuinæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

**A**ugust. lib. de fid. ad Pet. Pater Deus de sua natura genuit Filium Deū sibi co-æqualem & coæternum. Idem quoque vnigenitus Deus secundò natus est ex patre semel, ex matre semel. Natus est enim de patre Dei verbum, natus est de matre verbum caro factum. ~~Vnus ergo atque idem Filius natus est ante secula, & natus est in seculo:~~ & vtraq; natiuitas vnus est Filij Dei. s. diuina & humana. Hoc idē testatur Io. Damas. cap. 1.  
Li. 3.  
cap. 3.

DE IIS QVAE CONVENIUNT  
naturæ humanæ ratione naturæ  
diuinæ vnitæ.

D I S T I N C T. Nonæ  
C A P. Primum.

*1.º op. m.º*

*Vna adoratione adoratur humanitas  
in Christo qua diuinitas.*

*Latria  
dulia.*

*Species du-  
lia. 2.º.*

**Q**uibusdam videtur quòd non illa adoratione, quæ Latria est, sit Christi humana natura adoranda, sed illa quæ est **Dulia**: cuius duas ponūt species. Est enim cuiusdā modi dulia, quæ creature cui-libet exhiberi potest: & est quædā soli humanitati Christi exhibenda, non alij creaturæ: quia Christi humanitas supra omnē creaturam est veneranda & diligenda: non tamen ad eò vt cultus diuinitati debitus ei exhibeatur: qui in dilectione & sacrificij exhibi-

*f. 108. b. c. 18.*

tione & reuerētia consistit: qui Latine dicitur Pietas, Græcè autē Theotēbia. i. Dei cultus: vel Eusebia, id est bonus cultus. Hic enim cultus est soli creatori debitus.

Aliis autem placet Christi humanitatem vna adoratione cum verbo esse adorandam, non propter se, sed propter illum cuius sebellum est, cui est vnita. Nec qui hoc facit, Idololatriæ reus debet iudicari: quia nec soli creaturæ, nec propter ipsam, sed creatori cum humanitate & in humanitate sua seruit. De hoc Iohan. Damascen ait: Dux sunt naturæ Christi ratione & modo differentes, vnitæ verò secundum hypostasim. Vnus ergo Christus est Deus perfectus, & homo perfectus, quem adoramus cum patre & Spiritu, vna adoratione cum incontaminata carne eius: non inadorabilem carnem dicentes. Adoratur enim in vna Verbi hypostasi: quæ hypostasis generata est: non creaturæ venerationem præbentes. Non ergo vt nudam carnem adoramus, sed vt vnitam deitati, in vnam hypostasim Dei Verbi duabus reductis naturis. Timeo carbonem tangere propter ligno copulatum ignem. Adoro Christi Dei mei simul vtranque naturam propter carnem vnitam deitatem. Non enim quartam appono personam in Trinitate. sed vniam personam confiteor verbi & carnis eius. Idem ait Aug. Ioh. 14 in quodam serm. dicens:

Quibus eo  
litur deus.

li. 3. de  
ort. fi.  
cap. 8.

hom. in  
Ioh. 14

Z ij